



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XVIII. Quísnam dicatur articulus mortis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**



Sacerdotē suspensum, ne munus Absolutionis impenderet.

SECUNDO, idem probatur ex usu & vniuersali consuetudine Ecclesiæ: Quando enim Papa, vel Episcopus reseruāt aliquem casum, semper excipiūt articulum mortis, in quo etiā possunt absolui, non solum à peccatis, sed etiā à censuris. Item ex tenore omnium Canonum pœnitentialium, qui vbiq; hoc habent, vt moribundis non negetur beneficium Absolutionis.

*Quisnam dicitur articulus mortis?*

*Quæstio*

XVIII.

*Respōsio.*

**A**liqui vocant articulum mortis, non solum, cum quis est morti proximus; sed etiā, dum quis se obiicit periculo mortis; nimirum, quando vel prælium, vel mare est ingressurus. Verum hoc est nimium extendere priuilegium Absolutionis; cum multum discriminis sit inter articulum & periculum mortis.

Alij igitur rectiùs definiunt articulum mortis; Tempus, cum mors iā est in fine per causam naturalem, aut violentam; nempe, aut per infirmitatem, aut dum ministerio iustitiæ quis est interficiendus. Et in his tantum casibus licet cuicumque Sacerdoti quemlibet absolueret; secus de periculo mortis.

*Nihilominus, ne nimis scrupulosè scrutemur*



Caput VI. De Ministro

mur hunc articulum mortis, consultò remedium Eucharistiæ, & Absolutionis Sacramentū adhibetur, cū medici iam ferè desperant, & certa futuræ mortis argumenta deprehendunt.

*Questio*      *Tenetur ne quilibet proprio suo Sa-*  
*XIX.*                      *cerdoti confiteri?*

*Responſio.*      **A**D Confessionis essentiam absolutè necessarium est, vt Confessio fiat aut proprio Sacerdoti, aut ei, cui proprius vices suas commendauit.

Probatur **PRIMO**. Quia Confessio Sacramentalis absq; iurisdictione constare nequit; atqui soli ordinarij & eorū vicem gerentes, iurisdictione pollent; Solis igitur illis fieri debet.

**SECUNDO**. Quemadmodum Episcopus extra suam Dicecesin nihil potest, ita neque Parochus extra suam Parochiam. Si itaque pœnitens salutarem vult obtinere Absolutionem: necessarium est, vt non alieno; sed proprio Sacerdoti, quiq; in ipsum habeat imperium, sua confiteatur peccata.

**TERTIO**, probatur ex illo Concilij Cōc. Trid. Lateranensis Can. Omnis vtriusq; sexus &c. Sess. 14. Similiter ex definitione Concilij Florentini Can. 6. & Tridentini, cuius verba sunt: Si quis dixerit, modum secretè confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper